

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. XVIII. Regulariter loquendo non est obligatio explicandi conscientiam erroneam, maximè quoad Confessiones præteritas, in quibus non fuit explicata: Quoad Confessiones verò præsentes, quando ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

qui die Dominica
endi Sacrum se lo-
cum faceret, per
impossibilem audi-
peccaret,
ob illam actionem
in necessario expli-
qua moraliter ann
ipsa omissione, ut
qui Breviarium pro-
paro dicere deberet,
gationis. Neque la-
tum, quod per totum
; sic quippe con-
quod fecit, sed alia
niam tantum pecca-
tariorum omissionis
significat se totus
; quoties omis-
tangula iste omis-
tariorum, adeoque in
vis in causa fuerit
explicanda est, non
in se. Hac sufficiat

CONCLVSION XVIII.

Regulariter loquendo non est ob-
ligatio explicandi conscientiam
erroneam, maximè quo-
ad Confessiones præteritas, in
quibus non fuit explicata :
quoad Confessiones vero præ-
sentes, quando poenitens ipse
advertisit vel dubitat, an pec-
caverit solum ex conscientia
erronea, tunc optimè faciet
accusando se hanc formulâ :
*Feci hoc, putans me facere contra
obligationem gravem.*

Ratio dubitandi de veritate hujus Con-
clusionis est ; quia licet detractio v. g.
cum documento gravi vero, & cum docu-
mento tantum existimato gravi, non diffe-
rant species, immo sint æquales in malitia;
differunt tamen numero, & una non est alia:
nam detractio levius existimata gravis, non
est detractio gravis, seu in materia gravi. Si
ergo confessus es detractionem cum docu-
mento gravi, non es confessus eam, quam
commisisti, sed aliam distinctam circa mate-
riam diversam, quam numquam commis-
seras.

Consimiliter, si projecisti in flumen vas
plumbatum, putans esse argenteum ; vel vas
tum, putans esse alienum ; & confitearis te
projecisti argenteum & alienum ; non dixisti
peccatum quod revera fecisti, sed quod put-
tas te fecisse ; cum illud non feceris, sed
aliud, quod non es confessus. Ergo non con-
fiteris peccatum verum, sed astutum, at-
que ideo ut confitearis peccatum verum, des-
bes dicere : *Proieci in flumen vas meum, putans
alienum, &c.*

Sol. Ob hanc forte rationem, Salas Tom. 1.

in 1. 2. traç. 8. disp. unica, lect. 3. n. 28. in
fine addidit hæc verba : Cùm vero quis rem
licitam egit, putans esse illicitam, ut si occi-
cidat feram, putans esse hominem, debet
errorem exprimere ; alioquin enim non intel-
ligitur malitia actus externi ; quia oœcio fe-
ræ mala non est.

Verum difficultas est ea doctrina ob onus,

405.

quod imponitur poenitenti, iteratò confi-
tendi eadem peccata cum illa circumstantia,
quam in prima Confessione non cognoverat :
v. g. aliquis leprosus confessus fuit violationem
entiam er-
rantiem non
est speciale
peccatum

Ageret con-
tra confes-
sionem
v. g. aliquis leprosus confessus fuit violationem
entiam er-
rantiem non
est speciale
peccatum

confiteri ea peccata, explicando non fuisse
transgressiones voti veri, sed estimati. Ideo
dicendum existimo cum Sanchez lib. 1. Sum.
c. 11. n. 5. & Aliis, quos citat & sequitur Lugo
hic disp. 16. n. 503. & Dicaiello disp. 9. n. 710.
agere contra conscientiam errantem, non esse
speciale peccatum ; & ideo sat esse fateri pre-
cepti violationem, quam conscientia errans
dictabat, non declarando fuisse contra con-
scientiam errantem.

Dixi autem consuleò in principio Con-
clusionis : Regulariter loquendo : quia aliquando
erit hec circumstantia explicanda, v. g.
ob Censuram, qua tune non incurritur : v. g.
qui suadente diabolo percuteret laicum, pu-
tans esse Clericum, propter illam percuSSIONem,
estò ex conscientia erronea sacrilegum,
non incurret pœnam Excommunicationis,
quam alioquin incurret, si percutitus vere
fuerit Clericus. Præterea quando materia est
talis, qua, seclusa erronea conscientia, non
est peccatum, ut si puer accuset se de vi-
latione jejunii, Confessorius non intelli-
get fuisse peccatum, nisi dicat conscientiam
erroneam. Sed hoc per accidentem est, ut
patet.

Quod vero per se loquendo hoc non sit
ominoù necessarium tam quoad Confessio-
nes præteritas, quam præsentes, probatur
ex Tridentin. sess. 14. cap. 5. ubi nihil aliud
requirit ad integrum Confessionem, quam
ut poenitentes declarant omnia peccata mor-
talia ; quorum post diligentem sui discussio-
nem, conscientiam habent ; omnia (in
quam) in specie & signatim : atqui hoc fa-
cit, qui explicat peccatum commissum ex
conscientia erronea ; hanc minimè declaratà ;
ergo &c.

Minor (qua sola habet difficultatem) pro-
batur (& erit responso ad rationem dubitan-
di) quia confessionem carnium esse malam
malitiæ formalis, non est esse prohibitam, sed
repræsentari prohibitam, & tamen imperari à
voluntate. Patet : quia tametsi confessio à parte
rei foret prohibita, si tamen non repræsen-
tur prohibita, numquam formaliter erit mala,
sed tantum objectivæ seu materialiter.

K k k k 3

Igitur

*Athus cor
missionis
accipit mal
itiam for
malem à
cognitione
præcepti, &
voluntate
comedendi.*

Igitur actus comelisionis accipit malitiam formalem non præcise à præcepto, sed magis à cognitione præcepti, & à voluntate comedendi cum illa cognitione. Cum ergo in casu erroneæ conscientia fuerit voluntas comedendi carnes cum cognitione præcepti jenunii, jam fuit tota malitia formalis, eadem specie & numero, quæ esset, præcepto verè à parte rei existente. Ergo qui explicat illam malitiam, explicat peccatum suum in specie ac significatione: ergo sati-satisfact præcepto integræ Confessionis; explicat quippe actum comelisionis (qui solus est subiectum denominatioñis) & formam denominantem seu constituentem illum actum in ratione talis peccati, id est, malitiam formalem: ergo explicat idem specie & numero peccatum, quod fecit; & non aliud, quod non fecit.

*Malitia de
fractionis
consistit in
voluntate
professandi
illa verba
cum cogni
tione gravis
documentis.*

Idem apparet in exemplo detractionis: nam ejus malitia formalis consistit in voluntate professandi illa verba cum cognitione gravis documentis; quæ voluntas eadem est specie & numero cum ea, quæ esset, si conscientia non erraret: materiale peccati est illa prolatio verborum, quæ similiiter eadem est specie & numero cum illa, quæ adserret se ipsa grave documentum proximo; porro ipsum documentum (quod solum dilinguitur) nec est peccatum, nec intrat ad componendum hoc peccatum in ratione talis peccati, sed est effectus peccati, qui non debet distinctè explicari in Confessione per se loquendo; nam verbis infamatoris prolati, ipsa infamatio seu documentum fama sequitur omnino independenter à voluntate detractoris, sicuti inflito vulnere lethali mors sequitur omnino independenter à voluntate ejus, qui vulnus inflixit: ergo talis effectus non est in se peccaminosus; nam teste D. Augustino lib. de Vera Relig. cap. 14. Usque adeò peccatum voluntarium est malum, ut non modo sit peccatum, si non voluntarium. Jam autem Concilium Tridentinum non requiri nisi Confessionem peccatorum. Sicut ergo illi effectus in se non sunt peccata proprie dicta, sed solum in causa; ita in se non sunt explicandi in Confessione, sed solum in sua causa.

*Est eadem
moraliter
actio furti
qui aufer
tur verum
aurum &
qui aufer
tur plumb
bum quod
putatur au
rum.*

Idem discursus applicari potest furto rei tuae, quam putabas alienam; & copula cum ea, quam putabas falso consanguineam, vel habere votum castitatis. Numquid etiam furto plumbi, quod putabas aurum? Ibi quippe non videtur esse eadem actio furti; nam actio illa est motus localis, quo aurum vel plumbum de uno loco transfertur ad alium: ille autem motus variatur pro diversitate termini; adedque confessus furtum auri, cùm esset plumbum, non est confessus peccatum quod fecit, sed aliud quod non fecit; sicut qui confiteatur se occidisse Petrum, cùm fuerit Paulus, non confiteatur peccatum, quod fecit, sed aliud quod non fecit.

Respondeo: confiteatur aliud physice, concedo; aliud moraliter, nōgo. Suffici autem, quod confiteatur idem moraliter (ut alibi diximus) & rursus dico cum Dicastillone disp. 9.n. 715. Si forte quando confitebatur homicida dixit: Occidi Paulum, sufficeret eam Confessionem, nec postea deprehendentem fusile Petrum, debere iterum confiteri, quia revera confessus est peccatum morale, quod fecit: quotiescumque enim quis confiteatur peccatum, confiteatur illud prout erat in conscientia sua probabile; tunc autem quando occidit, erat in sua conscientia probabile (ut supponimus) quod easilio effecit occisio Pauli, & non Petri: & in mortalib[us] estimatione idem est dicere: Occidi Paulum, atque dicere: Occidi, quem putabam esse Paulum; seu, cūm, qui meo iudicio tunc erat Paulus; live enim revera fuisset, live non fuisset Paulus, pro malitia morali, & materia Confessionis (etiam comparatione actionis externa, ut provenientis à voluntate interima) nihil refert. Hæc ille.

Addo: tametsi quando occidit, probet sevisset, quod ea actio esset re ipsa grave documentum proximo; porro ipsum documentum (quod solum dilinguitur) nec est peccatum, nec intrat ad componendum hoc peccatum in ratione talis peccati, sed est effectus peccati, qui non debet distinctè explicari in Confessione per se loquendo; nam verbis infamatoris prolati, ipsa infamatio seu documentum fama sequitur omnino independenter à voluntate detractoris, sicuti inflito vulnere lethali mors sequitur omnino independenter à voluntate ejus, qui vulnus inflixit: ergo talis effectus non est in se peccaminosus; nam teste D. Augustino lib. de Vera Relig. cap. 14. Usque adeò peccatum voluntarium est malum, ut non modo sit peccatum, si non voluntarium. Jam autem Concilium Tridentinum non requiri nisi Confessionem peccatorum. Sicut ergo illi effectus in se non sunt peccata proprie dicta, sed solum in causa; ita in se non sunt explicandi in Confessione, sed solum in sua causa.

De cetero, licet quæ haec sunt dicta sunt, existimem verissima; equecumque placet forma, la confitenti in Conclusione præcripta, &c. Causa delicit: Feci hoc, putans me facere contra eum, graviter peccatum; hoc enim modo explicatur peccatum voluntarium, quod fecisti, neque expos te ulli periculo dicendi, quod non fecisti.

Quod vero ad Confessoriom attinet, quando hic advertit, penitentem in aliqua materia peccasse aliquando solum ex conscientia erroris, & aliquando ex verâ; interrogat universaliter: Quoties v. g. reliquias Missam, vel laborasti, & putans te peccare graviter contra præceptum? Hoc enim modo comprehendens omnia illa peccata, & simul poterit illi auferre pro futuro conscientiam erroris. Ita Logo suprad. n. 503.

Finem huc Conclusionem imponet sequens resolutio: Qui in actu venereo gestavit cursum Reliquias Sanctorum, non debet hanc circumstantiam in Confessione explicare, molitus minus si gestando Reliquias peccaverit, fatus fuerit, deraserit &c. hoc enim peccata nequidem leuem irreverentiam videntur afferre; istud autem, et si aliquam afferat (ut placet Lugoni disp. 16. n. 513. & Di-

*Dicastillo
non mortale
liter id prohibi
liquis debiti
pis earum con
lib. 2. c. 40.
Dicastillo super*

*Posset tame
illa adeò crec
enim, si Sacer
charitatem ; il
Ego sanè non
contra Religio
non esse eamdo
peccato mortali
melia &c. quia
lem irreverent
presentiam cor*

*At vero Dio
magnam irreve
portans secum
secretò, ut in
sis fit) interin
fatione effutire
perjuria, aut em
tibus ludis alea
libus vacaret. V
estimationis ju
quo nulla nobis
id discernendum
Restat ultima
quam solet quæ
debeat explicari*

CONC
*Peccata, q
ria servi
contrahu
tiati, sa*

*411. Pro opposit
stors Dicat
pro hac nostra
vis Aliqui ex
si in eo peccatu
si qui die com
nem commitiat
tem Conclusionis
honore diei F
non sunt in m
impediant cultu
præcepti, equid
cunt ad finem a
pto prohibentur
præcepti compr*

*Sic quippe ac
tisatio carnis,*

tur aliud physi-

c, nego. Sufficit au-
dem moraliter (ut
um dico cum Dic-
astillo quando con-
ficiis Paulum, suffi-
ci postea deprehen-
dere iterum con-
fessus est peccatum
autemcumque enia-
m, confiterit illud
sua probabilitate
erat in sua confi-
dencia (quod easio-
ne Petri : & in mo-
dicere : Octavi Pa-
ul, quem putabam i-
meo iudicis tunc eti-
muiset, live non
ia moralis, & ma-
comparatione affectu-
mentis à voluntate
ec ille.do occidit, pro-
ficit occidio Pen-
saceras, perficio-
nem Pauli, cho-
rio jam affligit alii
aliter sunt eadem;
um morale quod lo-
ndacium notabilis
sarii, cum una co-
nientiam (ut lop-haec item dicitur, 410
dem placet forme, Canticum
one prescripta, n. 720.
ne facere contra illa expi-
modo explicatio-
nisti, neque expo-
quod non feci-rium artinet, que-
m in aliqua materia
ex conscientia ar-
ra; interrogat uni-
eliquis Missam, re-
cata graviter contra
odo comprehendet
nul poterit illius-
iam erroneam. Itai imponere sequens, 411
venereo gemitu curia-
on debet hanc cit. tunc
lione explicare,
Reliquias pecca-
traxerit &c. hac
vem irreverentiam
tem, eti aliquam, up-
dil. 16. n. 513. &
& Di-

Dicastilli disp. 9. n. 719.) equidem
non mortalem, idque quia nullo iure specia-
liter id prohibetur, nec directe cultui Re-
liquis debito opponitur, cum non sit tur-
pis earum contrectatio. Ita Sanchez in Sum.
lib. 2. c. 40. n. 28. quem sequitur Lugo &
Dicastillo suprad.

Possit tamen (addit Card.) irreverentia
illa adeo crescere, ut fieret mortalis: quid
enim, si Sacerdos portans secum sacram Eu-
charistiam, illud peccatum committeret?
Ego sanè non excularer à peccato gravi
contra Religionem. Hæc ille; exiliamus
non esse eamdem rationem de quolibet alio
peccato mortali, v. g. detractione, contum-
elia &c. quia non omnia continent æqua-
lem irreverentiam & turpitudinem contra
presentiam corporis Christi.

At verò Dicastillo non potest non videre
magnam irreverentiam, si quis Sacerdos,
portans secum pro agroto Venerabile (etiam
secreto, ut in aliquibus locis justis de cau-
sis sit) interim diverteret, & in conver-
satione effutiret detractiones, contumelias,
perjury, aut etiam minù honestis & decen-
tibus ludis alez, chartifolorum, & simili-
bus vacaret. Verum hæc omni prudentis
æstimationis iudicio videntur relinquenda; in
quo nulla nobis occurrit Regula generalis ad
id discernendum. Hæc illa.

Restat ultima circunstantia, Quando; circa
quam solet queri, an tempus sacrum necessario
debeat explicari? Breviter dico:

CONCLVSIO XIX.

Peccata, quæ non sunt in mate-
ria servili, ex die Festo non
contrahunt speciale mortale-
litas, saltem mortalem.

Pro opposita sententia multos citat Au-
tores Dicastillo suprad. n. 721. sed plures
pro hac nostra Conclusione n. 722. Quam-
vis Aliqui ex his exipient diem Parceves, 412.
si in eo peccatum enorme committatur, aut
si quo die communicavit, post Communio-
nem committit fornicationem. Probatur autem
Conclusio: quia nupsiati specialiter in
honorem diei Festi prohibentur peccata, quæ
non sunt in materia servili; quamvis enim
impediant cultum divinum, qui est finis
præcepti, equidem non omnia, quæ condu-
cunt ad finem aliquujus præcepti, illo præ-
cepto prohibentur, sed solum illa, quæ verbis
præcepti comprehendantur.

Sic quippe ad finem jejuniū, qui est mortifi-
cationis carnis, conductio castitas; quis ideo

asserit, fornicationem prohibitam præcepto
jejuniū? Finis jejuniū est honestas temperan-
tia; quis properat docet, ebrietatem esse
prohibitam præcepto jejuniū? Ergo sive cul-
tus divinus dicatur finis intrinsecus, sive fi-
nis extrinsecus, liquet profecto, quod non
omnia, quæ repugnant cultui divino, spe-
cialiter prohibentur in honorem diei Festi.
Alioquin nimis diu dormire, studere, am-
bulare, ludere, & similia opera indifferen-
tia, quæ non parum impediunt cultum di-
vinum; essent specialiter prohibita, & pec-
cata mortalia vel venialia contû virtutem
Religionis, quod constat esse falsum.

Quia ergo multa peccata non sunt opera
servilia propriæ; sed solum metaphorice
(juxta illud Christi apud Ioannem c. 8. v. 34.
Omnes qui faci peccatum, servus est peccati) ideo
non centur prohibita illo præcepto, quia
verba propriæ sunt intelligenda; alioquin nihil
certi haberetur. Et quamvis sint contra finem
præcepti; non tamen in materia præcepti, quæ
est abstinentia ab operibus servilibus.

Satisfacit ergo præcepto sanctificandi Sab-
bathum (prout in lege nova determinatum
est) qui audit Missam & abstinet ab ope-
ribus servilibus; quippe hæc duo sunt tota
materia hujus præcepti, id est; totus cultus,
qui eo die præcipitur.

Si autem à me queritur; quârte Ecclesia
præcipiat abstinentiam ab operibus
servilibus, quârte peccatis, quibus aliquâ-
no magis impedit cultus divinus?

Respondeo: stat pro ratione voluntas; quæ
prudenter potuit prohibere unum, & non
aliud, ad evitandam nimiam multiplicatio-
nem peccatorum: cum enim peccata aliunde
prohibita sint, si non carent hanc prohibi-
tionem, facilè etiam contemnent istam, adeo-
que secunda prohibito potius effet in la-
queum & destructionem animalium, quârte
in adificationem. At verò opera servilia, cuncta
de se sint licita, homines faciliter se illis
occuparent, maximè cum sin valde ob-
via, & plurimum impediunt cultum divinum.

De his operibus intelligo cap. 1. de Fe-
stiis, ubi sic lego: Omnes dies Dominicos à ve-
spera in vesperam cum omni veneratione decerni-
mus observari, & ab omni illicito opere abstine-
re. Glossa verb. Omnes dies, per opus illicitum
intelligit opus servile: Dicitur (inquit) hic,
quod omnes dies Domini sunt à vespera in ve-
speram feriandi, & ab omni opere servili obser-
vanda.

Nec huic doctrina repugnat Divus Augu-
stinus, aut verius Auctor libri de Vera &
Obiectio, apud D. Augustinum, c. 14. de vera &
& refertur de Peccatis dist. 5. cap. 1. ibi; falsa Peccati.
Consideret qualitatem criminis in loco, in tempore,
in perseverantia, in varietate persona, & quasi hoc
fecerit tentatione, & in ipsis viis multiplici exe-
cutione

412.
Multi peccata
non sunt opera
servilia proprie-
tatis.

413.
Quare Ecclesia
potius
prohibuerit
in die festo
opera servilia,
quia, quam
peccatis.

De operibus
servilibus
explicative
cap. de Peccatis.